

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput XXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)

pro homine, id fecisti quia illum amasti, et ut ille
 vicissim te diligeret. Diligam te ergo Domine for-
titudo mea, Dominus firmamentum meum, et resu- ps. 119.
giam meum. Diligam te plusquam me, et cetera
omnia propter te.

Caput XXXII.

Aspirationes ad Deum ob
 ejus celsitatem.

Tibi o Domine Deus tanquam regi saeculorum
 immortalis et invisibili soli Deo honor et gloria
 debetur: Tu enim solus altissimus, et super omnem ps. 96
 terram gloria tua resplendet. Quis namque similis ps. 85
 tui in diis Domine? et quis excelsus sicut Deus ps. 112
 noster, qui in altis habitat? Certè omnes gentes ps. 85
 quascunque fecisti, venient, et procedent coram te Do-
 mine, et glorificabunt nomen tuum, quoniam magnus
 et excelsus estu: excelsus, inquam, super Cherubim
 et Seraphim, super virtutes et potestates, super domi-
 nationes et principatus: verbo super omnia, quae in
 coelo sunt et in terra, tu es enim Deus altissimae
 Majestatis, cujus intuitu reliqua umbra sunt et
 puncta. Verè dignus accipere omnem gloriam et hon-
 nozem, et cui ministrent millia millium, et decies Daniel. 7.
 millies centena millia, et ultra. O Deus rex altissi-
 me, tu cor meum posside, ut tibi amorem debitum

reddam omni tempore. O magne Deus amo te, et magis
amare te desidero, tu enim mihi es acceptior, et amabili-
or, quò coelo et terra, ac omnibus, quæ in eis sunt, es
sublimior.

2 O Domine Deus, video, quod homines, quò in majore
dignitatis culmine sunt positi, èo facilius à aliis
suspiciantur, ac timeantur, sed non ita facile amèn-
tur; tu verò, o amantissime Deus, quo sublimior èo
amabilior es; sicut enim propter celsitatem dignus es
timeri; ita et propter eandem dignissimus es amari.
Ecquis non merito censeat omni amore dignam
eam celsissimam majestatem, quæ se dignanter ad
nostram paritatem demittit, ut suæ celsitudinis
nos participes faciat? quæ amore nostri ad summam
humilitatem se deicit, ut nos ad gloriam eve-
hat, et in dextera sua collocet? Verum o Domine
Deus hac tua humilitate profectò te ipsum, ^{"magis"} exalti-
tas, teque gloriosiore, atque adeò amabiliorem reddis
quia ostendis, quò multitudo misericordiae, sapien-
tiae, ac bonitatis tuæ sit magna, sit infinita, sit in-
comprehensibilis. O Deus altissime quis te non di-
ligat? cujus cor licet ferreum tanta excellentia
ac pietatis tuæ celsitas non emolliat, et ad se non
rapiat? O Majestas tam amabilis, quam sublimis,
video te totam amore conglutinatam mihi, cur

vicissim cor meum ardenti charitate non totum conglu-
tinatur tibi? O Deus Deus meus, tu totus totus meus,
sim et ego totus totus tuus.

3 Confiteor itaque o amantissime Deus! te adeo excelsū,
ac sublimem, ut quidquid in coelo et in terra magnū
et altū suspicatur, in conspectu tuo evanescat; Ecce
enim ^{si} omnia, quae in coelo, aut in mundo sunt pulchra
nobilissima, pretiosa, magnifica, sublimia, amoena, dulcia,
jucunda, suavia, delectabilia, desiderabilia, cuiusdam
nobilissimae creaturae tribuerentur, eaque singulis mor-
mentis per omnem aeternitatem auferentur, prohi. quia
magna, quam amabilis, quam admirabilis, quam sub-
limis inde tandem evaderet talis creatura. Certē
ejus nobilitas, gloria ac sublimitas omnem exupera-
ret sensum, universum transcederet intellectum, ac
corda omnium in ardentissimum sui ipsius amorē
vehementissimē raperet. Et tamen haec nobilissima
Creatura, Domine Deus, tibi comparata adhuc pronihiz
lo computaretur: omnis enim celsitudinis magnitudo in
conspectu essentiae tuae foret sicut gutta aqua vastissimo
composita mari, imo evanesceret, sicut stella fulgente
sole, finiti enim ad infinitū nulla est proportio. O
Deus meus deficit anima mea, dum haec considero.
Domine Deus virtutum, quis similis tibi? Verē
tu es totus desiderabilis, et super omnia amabilis.
O altitudo! O profundum! O abyssus omnium

desiderabilium, absorbe me in te. O lumen oculorum
meorum illucesce mihi anhelanti ad te. Ecce Domine
ecce ego totis cordis mei modullis cupio diligere te. ah
accende me, et penitus concrema me amoristui igne.

Caput XXXIII.

Aspirationes ad Deum ob
ejus voluptatem.

1 Domine Deus meus, quoties rerum amoenarum species
conspicio, cum caelum et terram, Sylvas, campos, univ-
sumque mundum animo perlustro, cuncta haec mihi
videntur, hujusmodi vocibus compellare cor meum: co-
gita, quam amabilis, et Speciosus, quam amoenus et
desiderabilis sit ille, qui condidit nos, qui est fons om-
nis voluptatis, cui cuncta creata suam amoenitatem
acceptam referre debent. O dulcissime Deus, quid exul-
tationis ex te accipio, cum tam amoenum, tam volup-
tam amabilem, tam deliciosum, tam desiderabilem te
considero: ah qui fieri potest, ut animus cujusquam
ulla alia in re, quam in te profundissima omnium
deliciarum abyfso acquiescere queat. O dulcedo ineffa-
bilis! o voluptas inenarrabilis! o desideratissimum, et
summè amabile bonum.

2 Itaque dulcissime Deus, tu es purissimarum inestima-
biliumque voluptatum ac deliciarum pelagus inen-
sum, quidquid enim suavitatis, quidquid amabilitatis
quidquid jucunditatis, quidquid voluptatis, quidquid